

- No. 247. Cod. arab. foll. 304, 8°, char. neschi scriptus et vocalibus instructus. Est Coranus scriptus in Rumeliae urbe Anapoli A. H. 1091 (Chr. 1680), et paullo post, Chr. 1685, e templis turcicis Coronae urbis in Morea vi expugnatae direptus, Dresdam allatus et Bibliothecae Electorali traditus a M. Godofr. Jentschio, Pastore t. t. castrensi. Cf. Cod. 155.
- 248. Cod. turc. chart. orient., foll. 150, 4° min., char. neschi elegantissime scriptus et vocalibus instructus, ab initio mutilus, continens *Nefc-hāthi - insijeh we - muqaddemāthi - qudsijeh*, opus e prosa et versibus mixtum, ad theologiam mysticam et Derwischorum disciplinam pertinens. Codex script. in Anatolia a Mustafa Ibn-Mewlānā-Mūmin Ibn-Mewlānā mer-hūm Suleimān el-mer-hūm Ibn-Mewlānā Ferhād Ibn-Qomārī in usum Mu'hammed-Beg Ibn-'Alī-Begi, A. H. 923 (Chr. 1517).
- 249. Cod. arab. foll. 279, 8°, char. neschi scriptus, continens Commentarium in *El-Kāfijam Ibn-el-hādjibi*, quem auctor filio, *Dhijā-ed-dīn Jusuf*, scripsit ideoque *El-fewāid ed-dhijāijeh* nominavit, cum notis marginalibus variorum, inter quae sunt etiam aliquot auctoris ipsius. Script. abs. A. H. 897 (Chr. 1491—2).
- 250. Cod. arabico-turcicus foll. 32, 8°, char. neschi scriptus et vocalibus instructus, continens Vocabularium arabico-turcicum versibus conscriptum a *Ferischthch - Oghli*. Inscriptio nostri codicis est *Loghathi-Ibn-Ferischthch*. Cf. Cod. 197 No. 2., et Cod. 271.
- 251. Cod. arab. foll. 18, 4° min., char. neschi scriptus et vocalibus instructus, continens Corani partem 17mam, i. e. Capita 21 et 22.
- 252. Cod. arabico-persicus chart. orient., foll. 445, 4° min., continens Coranum, ut fere fit, char. neschi scriptum et vocalibus instructum. Textui arabico, cujus singulae paginae lineas novenas continent, subjecta est versio persica, minio et char. tha'liq scripta. Differt ab ea quam exhibet Cod. 11. — Post f. 443, in quo extremo incipit Sur. 93, desunt aliquot folia. Proximum folium continet Suram ultimam. Sequitur clausula librarii, cujus nomen est *Mu'hammed Ibn-'Hoscin El-'Hāfizh El-Kāschānī*. Hunc Coranum ait esse 475 mum manu sua scriptum, A. H. 917 (Chr. 1511—2). Extremum locum tenet *Fāl-nāme* coranicum, versibus persicis conscriptum.
- No. 253. Cod. arab. chart. orient., foll. 53, 4° min., char. neschi et nestha'liq scriptus. Insunt 1) f. 1 v. — 5 v. Isagoge in Logicam, auctore *Aḡir-ed-dīn El-Abahrī* (Cf. Cod. 75, No. 4., et Cod. 203, No. 2.). 2) f. 6 v. — 26 r. Idem in illam Commentarius qui exstat in Cod. 32, No. 2. 3) f. 26 v. — 39 r. Notae (*'Hawāschī*) in aliquot loca Commentarii praecedentis. Sed differunt hae notae ab iis quae exstant in Cod. 32, No. 1., et Cod. 203, No. 1. Script. abs. A. H. 899 (Chr. 1493—4). 4) f. 40 v. — 53 r. Syntaxis arabica, auctore *A'hammed Ibn-Abī-Iezīd El-Barda'ī*, ab eo oblata *Scheicho 'Halebi* in usum filii, *'Alī-'Halebi*, commentario auctoris ipsius illustrata. Puncta diacritica rarius adjecta sunt. Syntaxis haec ab alia manu scripta quam reliquae Codicis partes, et inscriptio fol. 40 r., nec non clausula f. 53 r. fidem faciunt, nos hic manum auctoris ipsius habere. Adjectae sunt ab eodem notae marginales. Etiam in prioribus Codicis partibus non pauca in marginibus notata sunt.
- 254. Cod. arab. foll. 25, 8°, char. neschi scriptus. Insunt 1) f. 1 v. — 11 v. Opusculum quo auctor, *Mo'hjī-ed-dīn Mu'hammed Ibn-'Alī Ibn-Mu'hammed Ibn-El-'Arabī El-'Hāthim Et-Tāy El-Andulusī*, quatuor viros, Occidentalem, Orientalem, Syrum et Jemenensem, suo quemque loco, de Deo ejusque natura disputantes inducit. E fine libelli elucet, ejus nomen esse *El-'Aqīdeh*. Librarius testatur, se eum Constantinopoli A. H. 1017 (Chr. 1608—9) e codice descripsisse, qui ex ipso autographo expressus esset. 2) f. 12 v. — 16 v. Libellus *Mudelleḡ*, auctore *El-Qotrob El-Bafri*, i. e. Syllabus vocum trilaterarum, quae pro triplici vocali primae radicalis tres habent distinctas significationes, ab Anonymo in formam metricam redactus. 3) f. 17 v. — 25 v. Libellus ejusdem argumenti, sed orationis pede-